

*nemini deneganda est, hinc res in propinquissimo statu versatur coram competente discutienda, ubi D. Rochus [Weiss] certo certius Victor evadet, non sine laesoris condigna mortificatione, quia liquet, intercessisse literas falso exaratas, et inde D. Rochum indebitis contumeliis et iniuriis fuisse deturpartum etc. ego quidem nullatenus me immiscere, sed solummodo in gratiam ad R.D. Vestrae reconciliationi cooperari cupiens consilium magis expediens non video, nisi, ut in praesentia quorundam quibus adesse convenit, revoce-
tur facta laesio, atque sumptus interim emersi refundantur. timeo autem ne negotium nimis extra quam amicabiliter sopiri possit, exarserit hinc quod vultis facere, facite cito, quia res moram vix amplius patitur. Haec de his proxime plura".*

1) s. auch AH 57/75, 77-79A

Kopie des bischöflich-konstanzischen Kommissars von Zug?, Johann Jakob Schmid - AH 57, 199

77

[1688 Januar]

A

SCHREIBEN [DES PFARRERS VON SURSEE?, GEORG JAKOB STIERLI, AN DEN BISCHOEFLICH-KONSTANZISCHEN KOMMISSAR IN LUZERN?, NIKLAUS LEONZ LUDWIG PEYER IM HOF]¹

"Praemissa millena et cordialissima salute notum facio Clarissimae D. Vestrae me examinasse fundamenta Causae seu controversiae Matrimonialis, quae Joannem Buob inter et Otiliam R ä s s controvertitur, nec invenisse post seriam inquisitionem ullum ex parte praefatae Virginis errorem seu fraudem, verissimum quidem est Otiliam daexisse Joannem Buob, ab eoque dotem matrimonialem accepisse, sed pro tempore alio [Franz Karl Kydt] sibi Bremgartae oblato Joannem Buob dimittere cogitavit (si tamen labens et sponte iuri suo caedere vellet) in quem finem cum iam notum esset, Joannem Buob aliam impraegnasse, Joannem Gilli civem Surlacensem Bavariam misit cum literis repudiatoris et dote ab ipso accepta; quas cum legisset, et errorem suum agnovisset, dote accepta sponte dimisit liberam, nolentem se etc. quod ingenue mihi confessus est praefatus Joannes Gilli et ultro fatebitur coram aut Ecclesiastico aut saeculari Tribunali si opus sit. De caetero non video, cur ingenuus adolescens Franciscus Carolus Kydt erroris cuiusdam inculpandus sit, tanquam literas fictitias, nullo nixas fundamento, et fraudulentas effinxisset, cum

*literae non ab ipso Sed a Virgine Surlacens in favorem Otiliae sint exaratae, quod admodum RR Domini Secretarius [Kapitelssekretär des Dekanats Sursee, Severin] S c h e l l, et [Johann] Udalricus Cappeler [K a p p e l e r, Kaplan an der Pfründe zu Allerheiligen und St. Sebastian in Sursee] apperte et candide fatentur. Haec pauca pro bono, tutela, et defensione Francisici [Caroli] Kydt et Otiliae Räss Clarissimae D.V. intimare volui, ut res taedio-
sa et satis odiosa optatum sortiatur finem."*

1) s. auch AH 57/75-76, 78-79A

Kopie des bischöflich-konstanziischen Kommissars in Zug?, Johann Jakob
S c h m i d - AH 57, 199^V

78

1687 Dezember 12., Bremgarten

A

SCHREIBEN [DES KAEMMERERS DES DEKANATS ZUG-BREMgarten?, JOHANN
ULRICH CHRISTEN, AN DEN BISCHOEFLICH-KONSTANZISCHEN
KOMMISSAER IN ZUG, DEKAN JOHANN JAKOB SCHMID]¹

*"Ob incidentes pluvias meum iter Tugium versus non fui prosecutus quod ipse peragere intendebam, praesertim cum dolenter perceperim, quam falsis coloribus (uti relative audivi) apud R.D. vestram me depixerit D. Parochus in Egenweyl [Rochus W e i s s] propendo scilicet, quod Otiliam R ä s s impedi-
rim, ne accedat ad tribunal Commissariatus Tugiensis ut pote ad locum compe-
tentem, fide sacerdotali loquor, hac in parte falsus est delator: suadet, et monet plusquam paterne Reverendissima sua Paternitas, ut inter nos habeamus pacem et charitatem, hoc autem modo non video, quomodo sit habenda, ex manda-
to fuit citata Othilia, et praesente ... R.D. Sextario [richtig Secretarius?
des Dekanats Zug-Bremgarten, Johann?] R i t z a r t² praestito iuramento con-
firmavit, se fabricatorem harum literarum, vel an falsae sint, prorsus nes-
cire, ulterius ipsam non rogar, cum persona illa Surlacensis, de qua Tugii
facta fuit mentio, olim falsa sit, se literas illas scripsisse, uti ex testi-
monio ... R.D. Plebani Surlacensis [Georg Jakob S t i e r l i] constat, quod
nuper ad R.D. vestrae destinavi manus, haec dum perscribo, venerandas manus
devotissime exosculans me commendo et maneo".*

1) s. auch AH 57/75-77, 79-79A